

AB  
59446





~~Sammlung  
z. Anzeiger-  
wesen  
1848~~

No 4039 \*

FSS





9

DISPUTATIO X.

# DE VISIONIS

AC AUDITIONIS DOCTRINA

NA 17. CALEND. DECEMB. AN-

no cl<sup>o</sup> l<sup>o</sup> XC. à Christi incarnatione In Illu-

stri Academia<sup>o</sup> Iustituta "Juka

*Praside*

IOANNE VVERNERO Medicinæ Doctore.

*Respondente*

Hieronymo Fabricio Augustano Vin-  
delico.



HELM AEST ADII

*Excudebat Iacobus Lucius, Anno 90.*







AD NOBILES, SPLEN-  
DIDOS ET MAGNIFICOS VIROS,  
VIRTUTE ET AVTORITATE PRAESTAN-  
tes, Dn. Albertum à Steten Dn. Bockspergæ  
&c. Dn. Ioannem Bumelium, & Dn. Da-  
nielem Heinzelum Patricios Augu-  
stanos, Dominos suos hono-  
randos.



*St virtutis opus mentem excoluisse per Artes,  
Et in Pegasei culmine stare iugi.  
Nam quantos fructus primis qui suetus ab annis  
Artibus est, capiat; cernere quàm facile est.  
Sic ego qui Aonium iussus conscendere montem  
Decerpsi flores, quos mihi fudit humus.  
Hos ego, Magnifici, vestro sub nomine spargo  
Accipite: & captis queso favete meis.  
Deniq; quod restat Cæli Regemq; Deumq;  
Obsecro, qui nutu cuncta creare potest.  
Ut vos fortunet; rebus vestrisq; secundis  
Aspiret ventis mitior aura suis.*

Hieronimus Fabricius V.A.S.A.



## THESIS I.



Non solum difficilis ac subtilis inquisitio de ratione ac modo Visionis, ob varias variorum Philosophorum sententias: verum etiam iucunda ob dignitatem summam maxime utilitati coniunctam, censenda erit.

2. Est Visio (specialius eam ac antè hic finimus) Anima sentientis operatio seu functio, in oculo obita, per medium externum actu perspicuum, speciem percipiens Visilem.

3. Anima ergò primaria Visionis causa est, hac passivam reddit visionem, species verò Activam. Idcirco, ubi non est Anima, species quidem est, Visio verò non est, ut in speculo: speculum quippè nihil agit, sed tantum patitur.

4. Ministra Visionis causa vel intus affluit, vel exterius accedit: illa animalis spiritus, hæc lux est.

5. Spiritus animalis per nervos opticos, in magna affluens copia anima facultatem ac Visibilium rerum speciem interioribus offert potentijs, ut eo anima quasi promo quodam ac sequestro utatur.

6. Lux medijs, quod in potentia tantum erat quasi actus est, eliciens species è materia, perq; ipsum aërem medium ad videndi deferens instrumentum.

7. Lux ergò quasi quidem oculi portitor est, speciem à luce externa ad internam anima trajiciens.

8. Lux hæc, visibiles educens species, ipsa sese effundit, easq; simul per aërem transvectas in extimam eius superficiem, à qua palpebra contingitur, statuit, palpebrâ aperta pupilla species offertur, eiq; coniungitur minimo temporis momento.

9. Lux hæc nequaquam videtur, nisi in Elementorum sit mistione neq; ob illam terminationem in superficie corporis solidi color est, sed è mistione Elementorum efflorescit.



10. Color quippè qualitas est, ex Elementorum qualitate & luce conflata. quatenus lux est: Si à posteriori definitionem malis: qualitas est in corpore subiecto vniuerso, sua specie, quæ educitur à luce, purgens aërem ad faciendam visionem.

11. Dico, IN CORPORE VNIVERSO: non enim ut volunt Auarroës & Auenpace, Actus corporis terminati est, vel ut odiosius alij, superficies: sic enim in medio corpore, puta, castanea, non esset color. Ridiculum. Adde ridiculum ridiculo: Si oriente Sole crearetur in superficiebus color, & in noua pomæ secti superficie, vnus esset omnibus color & quia non fieret per mixturem.

12. Non potentia ergo sed actu color visibilis est. Visibilitas enim (sic loquuntur) non producitur noua ab vlla causa, sed actus accidentalis, qui est videri: ut actu homo risuus est, & accidit ut rideat.

13. Quin, Color suâ naturâ visibilis est, ut maximè videretur nunquam: non enim tollitur potentia ob obiecti ablationem, ab internis enim essentialibus fluit principijs, nec vice versa, obiectum tollitur per potestatis amotionem: ex se enim est quod est.

14. Porro, per speciei è corpore exitum nihil aliud quam actionis in obiecto, hoc est, siue lucido siue holorato repertæ participationem quandam notamus.

15. Species ergo in oculo recipiuntur, quas rei similes aestimat intellectus: non verò res: nihilo sanè magis ac lapis in speculo: quippè si hoc esset, res eadem munero esset plures: à pluribus enim videretur: vel res eadem munero, immota manens & vna, in plura transfolaret loca, quæ ineptissima est inertia.

16. Verum agè declaremus hæc ulterius, & primo quidem præsupponamus, quæ sunt manifestissima: ad sensum sc. requiri non tantum alterationem, sed alterationis dignotionem. Requiritur ergo passio quæ est receptio quædam, requiritur actio, quæ ipsamet est visio.

17. Iam varia autorum variorum eorumq; non vulgariū autoritate missa facta ratione duce, ad ipsius veritatis provehamur



hamur cognitionem, afferentes, passionem, quæ dicitur altera-  
tio, in ipsomet fieri oculo specierum receptione. Cum enim o-  
culus nature sit Diaphana, Diaphanum verò nihil aliud sit,  
quam corpus transparens, transparentia verò non fiat sine lu-  
mine: Ergò oculus, ut fiat Diaphanus, lumen aut saltem lu-  
minis speciem debet recipere: Hoc enim Diaphani est perfe-  
ctio: Color verò aut est lumen, aut non sine lumine, suâ autem  
naturâ aptus est Diaphanum mouere & perficere: lumine er-  
gò, seu Colore oculis oblato necesse est specie eius oculos moueri,  
eamq; in ipsis recipi-

18. Receptionis autem huius subiectum præcipuum est humor  
Crystallinus, ad quem species per pupillam mittuntur: quamuis  
enim omnes oculi partes visibilem recipiant speciem, perfectius  
tamen humor Crystallinus. Diaphanon enim suscipit speciem  
quat, luminosum est. Quod ergò Diaphanon magis est lumino-  
sum, perfectius suscipit speciem: talis est Crystallinus hu-  
mor.

19. Præcipua oculi pars Emphana (nam omnes & singula o-  
culi partes, partim sunt Emphana, partim Diaphana) nobis est  
Tunica Aranea. Cum enim species suscepta necessariò in ali-  
qua representetur superficie, Aranea verò humoris Crystallini  
veluti superficies sit ea, ea species retineri minimè absurdum erit.

20. Receptionem ergò ac receptionis perceptionem in oculo ad  
visionem requiri statuimus, dum scilicet per receptionem reci-  
piendi potentia in actum exit, per receptionis perceptionem ani-  
malis spiritus prodit, quo prodeunte, statim visio fit.

21. Hinc affirmamus in spiritu animali percipiendi sitam esse  
potentiam, in oculi verò temperamento recipiendi speciem visi-  
lem, potiss. verò in ea parte quam humorem dicimus Crystallinum.

πρόβλημα.

Aër proprium ac primarium visionis est instrumentum. Aër

A 3

ipse



ipse Visibilis non est: quippè si hoc esset, aut non esset medium ad videndum, aut solus videretur. Falsum utrunq.

## DE AUDITIONE.

*AUDITIO* anima sentientis Actio. in auribus Aëris insiti beneficio ac spiritus animalis merito, obita, sonos in aëre veluti proprio percipiens sibi cōtō.

23. Huius instrumentū vel est primariū, vel primarij ministrū.

24. Primarium est aër insitus, quatuor ossis petrosi cauernulis repositus.

25. Instrumenti primarij ministra sunt: ossa, Tympanum, Cartilago, nerui & musculus.

26. Ossa aut sunt continentia aut contenta.

27. Continentia sunt quatuor Cauernule, quæ quidem ossis Calvarie sunt partes, verum ita induratae, ut ossis petrosi nomen sint sortita.

28. Ossa contenta tria sunt, quorum primum vocatur malleus, secund. Incus, tertium stapes.

29. Horum hæc conformatio ac colligatio est, ut unum alteri inhaereat, omnia verò ab una parte membranæ Tympano dictæ, ab altera vero ossi petroso, ligamentorum connectantur ope.

+ ritu 30. Dicunt ossiculum unum malleoli in alterum ferri, ac è collisione vel confricatione mutua sonum in aëre ingenito edi: verum hæc nugæ imperitorum sunt deliciae, quæ suos tamen, veluti improvidas atates pupæ, Amasios reperere: Constat enim ea membranæ Tympani dictæ motui ac robori inseruire, quod non modo ei inhaereant & innascentur Verum etiam articulo ita inter se coniuncta sint, ut commodè articulari & moueri possint.

31. Hinc eò deducimur ut affirmemus, à sono seu strepitu mitiori commoueri hanc membranam, quantum ei ex usu sit, à vehementiori, articuli beneficio, cedere, ne fractioni aut diuulsioni exposita sit.

Tympana-



32. Tympanum est membrana quaedam politissima, orbiculo quodam ceu Tympanum circumcirca extensa, ideò à natura formata, ne aëris exterioris cum interiori aut aqua fieret permixtio, ab aëre verò exteriorè pulsata ita sonaret, ut aëri interno sonitum communicaret.

33. Cartilago ab osse petroso ortum ducens, ipsos auris constituit anfractus.

34. Nervi duo sunt à quinto nervorum pari orti.

35. Musculus ossicula contenta cum Tympano coniungit.

36. Principalis ergo horum instrumentorum finis est, ut sonus recipiatur, receptus sensui communi trasmittatur.

37. Sonus igitur Auditionis proprium obiectum est.

38. Est autem sonus motus aëris à percussione & repercussione corporum sibi resistentium productus, per aërem veluti medium proprium ad auditus instrumentum delatus.

39. Efficiens igitur soni huius causa est aëris repercussio, siue saltem à percussione aëris cum aëre, aut corporis cum corpore fiat.

40. Nec mirère: Aërem efficientem causam ac materialem sonuisse posse: idem enim Aër secund. diuersas partes ac distincta tempora talia sustinet munia: dum enim repercussio est, causa efficiens est: post repercussionē hoc perfunctō officio, materia sustinet vices.

41. Iam subiectum proprium seu medium soni receptiuum aër est: quamuis enim soni in aqua percipiuntur, non tamen per aquam veluti proprium subiectum, sed per Aërem aquas diidentem, & simul cum sono ad aures peruenientem, deferuntur. Aliàs enim auditus instrumentum partim aëreum, partim aqueum esset dicendum, cum tale sit cuiusq; sensus instrumentum, quale est medium per quod defertur obiectum.

42. Hinc hoc. quo purior aër est, eò etiam ad deferendos sonos accommodatior est.

43. Aër ergò ad meatum Auris exteriorè primo colligitur, hinc



hinc ad Tympanum defertur, quod aëre delato pulsatum resonat, ac aëre insito sonum, spiritus animalis per quintum nervorum par delati beneficio, communicat. huc Aër spirituum ope facultati interiori per nervos eum representat.

## Problemata. I.

Aqua proprium ac primum Auditionis medium esse nequit: Videtur enim ipsa. Quo nam igitur modo fuerit medium siq̄ est extremum?

### II.

Echo est Aër à corpore solido ac cauo reiectio seu repulsio, Veluti pila à muro, ne corporum fiat penetratio.

### III.

1700 Sonus quisque sibi res absoluta est. Consonantia & dissonantia sunt relationes. Relativa carent medio. Idque quae sibi & oci vox non est consona, necessario est dissona. Dissonantia hac suos gradus, non vero species admittit: non legitima ergo sonorum in consonos, dissonos, medios, partitio est.

### IV.

Auditus aëreus est, cum spiritibus anima instrumentis maximam habens cognationem. Hinc spiritus animales tremulum aërem recipiunt, & cum affini suo unum fiunt. Sequuntur spiritus reliqui ceteris in partibus corporis positi, momentaque musculos aut cohibent, pro ut numerorum lex vel crebrescit incitationibus vel tenore composito quiescit, aut lentitudine quietem imitari cupit. Ita, ut in fidibus tacta chorda quapiam, aequae tensa chorda altera contremiscit, qui in sunt spiritus ad exterioris soni motum citantur, tanto facilius, ac chorda, quanto maior est unio. Quae circa marcidus ac depressus etiam animus attollitur, extima aëris subeuntis accessione facta: elatus vero cohibetur ratione contraria.

### V.

Quo spiritus magis sunt Aërei, eo dulcioribus semper gaudent sonis, dulcesseis afficiuntur harmonijs. Quid Musicum crassius, quibus nulla portio affinitatis

## FINIS.



59 446

AB 59 446

ULB Halle 3  
002 631 334




S. 6.

WPA







No 4

No 4








B.I.G.

Farbkarte #13

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue



19

DISPUTATIO X.

# DE VISIONIS

AC AVDITIONIS DOCTRINA 17. CALEND. DECEMB. ANNO clb l5 XC. à Christi incarnatione In Illustri Academia Instituta Julia

*Praeside*

IOANNE VVERNERO Medicinæ Doctore.

*Respondente*

Hieronymo Fabricio Augustano Vindelico.



HELM AEST ADII

Excudebat Iacobus Lucius, Anno 90.